Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26325
Copyright: Admont, Benediktinerstift



contra te falsum dicis testimonium. Quid facturus es alteri. quem infamas. Quomodo ab tua calumnia deuitabit. quando te tuis linguis condacio reum facis. Iterum te interrogo alio modo. Iustus es an peccator. Respondes. Peccator. Semiris. quia non quod esse te corde credis. hoc ore dicis. Ergo si non es peccator. esse incipis dum mentiris. Dicis enim. Humilitatis causa nos dicimus peccatores esse. nam deus uidet qui iusti sumus. Cui quoque humilitatis causa mentiris. si non es peccator an quia mentieris. mentiendo efficeris quod euitaueras. Veritas inte non est. nisi te ita dixeris peccatorem. ut etiam inte cognoscas. Veritas autem ipsa est. ut quod es dicas. Nam quomodo est humilitas. ubi regnat falsitas. Postremo omittam iohis uerba. Ecce incorpore ecclesie quomodo dicis non habere rugam aut maculam. aut aliquid eimodi. Iesus sine peccato. ecce ueniet hora orationis oratura tota ecclesia. & tu deforis es. uenis adorationem dominicam. uenis adtrutinam uenis. dic pater noster qui es incelis. sequere scilicet nomen tuum. adueniat regnum tuum. fiat uoluntas tua sicut incelo & intra. Panem nostrum cottidianum da nobis hodie. sequere dic. dimitte nobis debita nostra. Responde heretice. quis debita tua. An forte pecuniam mutuam ado accepisti. Non inquit. Nonne quamplurimum interrogo de hoc. Ipse u dominus expositurus est quis sint debita. quem nobis petimus relaxari. Dicam quomodo sequitur. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Exponat hoc dominus. Si enim dimiseritis hominibus peccata. Ergo debita uestra peccata sunt. Dimittet uobis & pater uester peccata uestra. Redi quoque heretice adorationem. si obsurduisti contra uera fidei rationem. Dimitte nobis debita nostra dicis. an non dicis. Sin dicis. & si presens fueris corpore. foris tu es abecclesia. Ecclesie enim oratio est. uox de magisterio domini uenientis. Ipse dixit sic orate. discipulis dixit. apostolis dixit. & nobis quicumque agniculi sumus dixit. arietibus gregibus dixit. sic orate. Dimitte nobis debita nostra. sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Rex militibus dominus seruis. xpe apostolis. uerbis hominibus loquebatur. sublimitas humilibus loquebatur. Scio quid in uobis agatur. Ego uos ecclesia appendo. ego detritum mea renuntio. prius dico quid in uobis agitur. hoc est plus quam uos scio. Dicite. Dimitte nobis debita nostra. sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Interrogo te homo iuste. sed homo sine macula ruga. interrogo te inquam.

Videte quis dixit. quibus dixerit. Veritas discipulis. pastor pastor arietibus. sic orate.

xi.